

INSIGNIS MUNIFICENTIAE MEMORIAM
QUA
 ILLUSTRISSIMUS, GENEROSISSIMUS ATQUE
 EXCELLENTISSIMUS

JOH. DIETERICUS
 TETTAUIUS,

MAGNUS OLIM IN BORUSSIA CANCELLARIUS
 SUPREMAE APPELLATIONUM CURIAE PRAESES ET RERUM
 FEUDALIUM DIRECTOR,

MUSAS ALBERTINAS SIBI OBSTRINXIT

DIE XXIII. JUNII

SOLENNI ORATIONE

ACADEMIA TANTI BENEFICII MEMOR ET PERILLUSTRI
 TETTAVIANAE FAMILIAE DEUOTA

IN AUDITORIO MAXIMO, HORA XI. MATUT.

CELEBRABIT,

AD QUAM BENEVOLE AUDIENDAM

OMNES LITTERARUM PATRONOS ET FAU-
 TORES AC CUIUSCUNQUE DIGNITATIS ET CONDITIONIS
 VIROS DE LITERARIA ET CIUCA REPUBLICA MERITIS-
 SIMOS, CIUES ETIAM SUOS

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA ET HUMANITATE

INVITANT

RECTOR, DIRECTOR, CANCELLARIUS
 ET SENATUS
 REGIAE ACADEMIAE REGIOMOTANAE.



REGIOMONTI,

STANNO REGIAE AULICAE ET ACADEMICAE TYPOGRAPHIAE.



Quoties sacra TETTAUIANAE munificentiae die, vel Oratores Academiae nostrae publico sermone memoriam Magni olim Borussiae Cancellarii, JOHANNIS DIETERICI TETTAUI celebrarunt, vel generosae indolis optimaeque spei Adolescentes in Cathedram Oratoriam introduxerunt: toties ex ultimo liberalissimi Maecenatis mandato, iuuentutem Academicam ad virtutes amplectendas vitiaque fugienda excitarunt et praeclearo Illustrissimi Testatoris ac Filiorum eius, paternae gloriae Heredum exemplo, Commilitones ad easdem, quibus illi eminuerunt virtutes colendas & intemeratae conscientiae laudem sectandam, annuis orationibus stimularunt. Nec circumstabat TETTAUIANORUM meritorum praecones cura & difficultas, ne se in virtutibus eorum recensendis nimios, quam ne parcos ostenderent, cum tanta sit rerum ab illis in sago et toga gestarum amplitudo tantaque commemorandarum virtutum mesis, vt hanc demetere & simul omnia digne & decore explicare angustos Orationis limites et facundi quamuis hominis vires, excedat. Jam, redeunte commemoratrice TETTAUIANAE liberalitatis die, modestiam, principem virtutum commendare aequum justumque est, quam ereptus nuper nobis & in patrium coelum translatus ultimus superstes Magni olim Borussiae Cancellarii Filius, in sublimi, quam meritis suis occupauerat, statione viuens demonstrauit, morti vero proximus pia loculi sui inscriptione, se *umbram, puluerem & nihil* esse, testatus est. Luximus sub exitum praeteriti anni mortem eius, extrema licet aetate subsecutam, tanquam immaturam, nec exaruerunt in genis nostris effusae lacrymae, quibus acerbum & nunquam patriae obliuiscen-

REGIAE VNIuersITATIS LIBRARIAE

liuiscendum Maecenatis sagi ac togae dotibus eminentissimi funus deplorauimus. Temperandum jam dolori, nec sacra memoriae TETTAUIANAE die, naeniae, sed laudes triumphantium jam in coelo TETTAUIORUM canendae et Magni Parentis ac Filii, oculis nostris subtracti merita posterorum admirationi commendaenda. Magnus uterque non tam fortunae beneficio, quam excellentibus animi dotibus fuit, nunquam tamen se meritis suis aut splendidis honorum ac munerum titulis extulit aut inflauit; sed in tanta fortuna opumque abundantia demisse se gessit & iucunda morum comitate noua decoribus suis ornamenta addidit. Mouit hoc introducendum ab Oratore Academiae nostrae Ord. COELESTINO KOWALEWSKI, Nobilissimum & perquam eximiae indolis multaeque expectationis Adolescentem

**BOGUSLAUM CHRISTOPHORUM
FRIDERICUM BEYER,**

Berol. March.

Viri Magnifici, multis maximisque muneribus et meritis in augusta Serenissimi Regis nostri sede Berolinensi conspiciui JOHANNIS PAULI BEYER, Intimi in Supremo ac Generali rerum bellicarum et possessionum regiarum Directorio Consiliarii, filium, paternarum auitarumque virtutum heredem ac aemulum, ut pro amabili, quae florem iuuentutis eius comitatur, modestia, conscripta a se Oratione humilitatem seu modestiam exemplo TETTAUIORUM commendare & publico sermone Beatis Magni Cancellarii, & defuncti nuper Filii Manibus, pietatem suam declarare constituerit. Ex quo Iuuenis ille nobilissimae indolis Heliconis nostri limina salutauit, gratum nobis fuit, quod Magnus Pater nominis virtutumque suarum heredem familiae suae, Academiae vero nostrae
bene

7/ 355 R X 362 8637

bene moratum Ciuem dederit, sed magis nobis gra-
tum, quod cum Auo materno, in cuius contubernio
viuit & sub cuius oculis prospero successu studiis in-
cumbit, faciat, ut Patriae sit idoneus, splendidae fa-
miliae utilis, omnibus virtutis amantibus gratus acce-
ptusque. Ita enim apud nos animum litteris expoli-
vit & variis diligentiae suae & crescentium in dies
profectuum speciminibus se protulit, ut spem de se
conceptam impleuerit & dignum se Optimi Parentis
ac Aui prouidentia filium ac nepotem demonstraue-
rit. Jam post defensas & oppugnatas multa oris ac in-
genii praesentia disputationes, ad exemplum carissi-
mi & Patris hic munia subeuntis Aui, Cathedram Ora-
toriam, quam olim ille ante quadraginta & nouem an-
nos primum cum tribus fratribus amplissimis hono-
rum titulis ex merito suo decoratis, ornauerat, con-
scendere & TETTAUIANAE genti prosperrima
quaeuis publico sermone vouere desiderat. Cuius
conatus cum multa laude excipiendi sint, non dubi-
tamus, omnes litterarum Fautores & quibus BEYE-
RIANA & BOLTZIANA merita curae cordique
sunt, Iuueni vestigiis majorum suorum & recto stu-
diorum tramiti continuato ardore insistenti, honorifi-
cam praesentiam & vacuas aures praebituros. Ci-
ues nostros idem praestituros speramus, quibus non
ingratum erit eruditae familiae Adolescentem bene
& decore dicturum audire, Parentibus & Auo fru-
ctibus diligentiae suae se oblectantibus applaudere
& votis pro perpetua TETTAUIANAE domus glo-
ria, dignissimique Nominis, honorum ac gentilitiae
modestiae Heredis incolumitate sua suspiria ad-

dere. P. P. Dec. Cal. Julii A. N. C.

MDCCXLIX.



1018

96



F. R. 108. 6

Z 4
355

INSIGNIS MUNIFICENTIAE MEMORIAM
QUA
ILLUSTRISSIMUS, GENEROSISSIMUS ATQUE
EXCELLENTISSIMUS

JOH. DIETERICUS TETTAUIUS,

MAGNUS OLIM IN BORUSSIA CANCELLARIUS
SUPREMAE APPELLATIONUM CURIAE PRAESES ET RERUM
FEUDALIUM DIRECTOR,

MUSAS ALBERTINAS SIBI OBSTRINXIT

DIE XXIII. JUNII

SOLENNI ORATIONE

ACADEMIA TANTI BENEFICII MEMOR ET PERILLUSTRI
TETTAVIANAE FAMILIAE DEUOTA

IN AUDITORIO MAXIMO, HORA XI. MATUT.

CELEBRABIT,

AD QUAM BENEVOLE AUDIENDAM

OMNES LITTERARUM PATRONOS ET FAU-
TORES AC CUIUSCUNQUE DIGNITATIS ET CONDITIONIS

VIROS DE LITERARIA ET CIVICA REPUBLICA MERITIS-

TIAM SUOS

ANTIA ET HUMANITATE

ET

R, CANCELLARIUS

ATUS

REGIOMOTANAE.



ONTI,

ADEMICAE TYPOGRAPHIAE.

